FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI SACRAE Theologiæ & LL. Imp. doctoris, in magnum illum laudatæ felicisque memoriæ ERASMVM Roterodamum, nuper uita functum MONODIA.

Eiusdem uita ex Beati Rhenani Epistola ad Archiepiscopum Coloniensem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



PARISIIS
Ex officina Christiani Wecheli, sub scuto Basiliensi in uico Iacobæo. Anno M. D. XXXVI.

EPITAPHIVM ERAS.

Ille ego qui totum quondam uirtutibus orbem
In mea conuerti ſplendidus ora meis,
Quem ſtupuit ſantem genitor Cyllenius *heros,*
Quem metuit natum Pallas *alumna ſuum,*
Quem bene narrarunt paßim iuuenéſque ſenéſque
Indigetem tanquàm talibus eſſe uirùm,
Occido,*cunctarum uictrix* Mors *inuida rerum*
Me *quoque funereum fecit inire iugum.*
Non *tamen exitum ſentit mihi nobile nomen,*
Nec *uenit in noſtram iam ſimul illud humum.*
Neſcia concludi uirtutis fama uirentis
Cum ſtabili durans ſole coæua uiget.
Neſcia tot unquàm meritorum gloria tolli
Cum ſtabili durans permanet orbe mea.
Iam functum fouet ille Deus, *quem uiribus acris*
Ingenij totis uiuus in orbe tuli.

GRATA POSTER.

Ergo *manes, æuo nunquàm uiolandus in ullo.*
Scimus uirtutes inclyte Eraſme *tuas.*
Non Pario *mittis perituram marmore molem,*
Aut *ſtatuam* Cyprio *nobilis ære nouam.*
Sed moriens mittis Decus *ære perennius omni,*
Quod nullorum æquant ulla trophæa Ducum.
Liuor edax fatis tandem ſaturatæ faceſſas,
Et *referat gratas mens bene culta uices.*

AVGVSTISSIMO CAESARI FERDINANDO, DOMINO ſuo clementiſsimo Fridericus Nauſea à Deo Optimo Maximo Salutem.

INter tot uerè regia eadémque planè Cæſarea decora, Ferdinande Cæſar idémque rex ter optime, quibus te non ſecus atque natura penè regem & Cæſarem minimè uulgarem cognoſcamus oportet, hoc ſanè non poſtremum eſt, quod à maioribus illis tuis, qui fermè plerique omnes tam ex paterno quàm ex materno genere reges & imperatores fuere multo glorioſiſsimi, non tantillum degenerans, quaſi hæreditario planéque regio iure probè doctos & eruditos mirè fouere tuerique ſoleas. Id quod uſque adeò regium eſt, ut à mundo propemodùm condito reges & imperatores quique maximi literatos & eruditos non modò fouere, ſed & penes ſe uelut ab intimis conſilijs ſuis habere, illóſque dignitatibus & fortunis omnigenis prouehere conſueuerint: nimirùm non neſcij, probè doctos & eruditos uiros, partē eſſe reipublicæ multo maximam, nec eſſe ſplendidius in republica decus, nec maius eiuſdem ſtabilimentum & ſolatium in aduerſis, quàm abundare uiris bonis & eruditis: cùm hæc ipſa reſpublica non minus uirtute & doctrina quàm imperio, & au-

 thoritate

thoritate censeatur, ut quæ tum ueré sit beata, cum uel philosophi regnant, uel reges philosophantur, uel certé philosóphos & doctos amant & confouent.

Qua nimirum ratione Pharao rex Aegypti *quondam* Abrahamum & Iosyppum, Nabuchodonozorus Danielem, Ezechias Esaiam, Dauid Nathan & Gad, Ptolomeus Philadelphus *septuaginta* Bibliacæ *historiæ interpretes*, Philippus & *huius filius* Alexander Magnus Aristotelem, Augustus Imperator Vergilium & Horatium, Traianus Pliniũ Iuniorem & Iuuenalem, Maximilianus Imperator *illc tũ* Auus *nunquam pœnitendus, inter alios penes se habuit* Georgiũ Rietschium Theologum, & Io. Stabiũ *poëtam & mathematicum.* Transeo *interim alios & reges & imperatores, & inter ipsos in primis* Titum Vespasianum & Theodosiũ, *principes ueré clementißimos & optimos: quorum ille usq; adeò bonos & eruditos uiros amauit, & amando dignitatibus & honoribus augere studuit, ut ex eis nulli potuerit quicquam negare.* Rogatus *igitur à quodam familiariter, ecquid, putaret ne imperium tanti esse, ut omnia, quæ promitteret, præstare poßet?* Tantum *dixisse ferunt,* Non *oportere quenquam à principis conspectu tristem abire: hic uerò, uidelicet* Theodosius, *tam impensè doctis & eruditis fauit liberalitateq; regia subuenit, ut egerrimè tulerit, qui literas scirent & ad se non accederent, unicuiq; literato præmia spondens, & reddens: quique de eo, qui seipsum neglexerat, dicere solebat*

lebat, Sibi humilitatem & tenebras suas imputet iacens uirtus, quæ non obtulit se probandam.

Cuius profectò Imp. opt. & omnium opt. regum, & Imp. FERDINANDE Cæsar, non potueris ipse cum summa perpetuáque laude tua non esse multò simillimus, qui regia tua in omnes ueré pi éque doctos & literatos liberalitate solus inter omnes, hoc tempore, principes iure quasi legitimo mereri uidearis, de quo dicatur ab omnibus probè doctis, quod olim Censorius poëta de Traiano optimo Imperatore scripsit,

Et spes & ratio studiorum in Cæsare tantum,
Solus enim tristes hac tempestate Camænas
Respexit.

Tu quidem sic eruditos, maximé Catholicos, gratia, pietate, authoritatéque coadiuuas, ut sub te uno munificentissimo principe uideantur incepta nuper humanitatis Theologiæq; studia spiritum & sanguinem conseruare. Cuius inter complures, tua liberalitate regia sustentari solitos (qui quondam non sine tua & eorum gloria nominabuntur) argumento poterit esse nunquam nec fallendo nec intermorituro Magnus ille Erasmus laudatæ memoriæ Roterodamus, nuperrimé defunctus, qui diebus hisce nouissimis, dum uiueret, tua solius & præcipua (quod equidem non ignorauerim) gratia & authoritate contra quoscunque Sycophantas in publicam Catholicæ ecclesiæ salutem & utilitatem hactenus subsistit. In quem & in

eius doctrinæ ſtudium Sacroſancta Maieſtas tua plus ſine controuerſia muneris & honoris, quàm uel ullus unquam Ptolomeus, uel Dionyſius, uel Philippus, uel Alexander, uel quis alius paulò liberalior rex aut imperator in quempiam eruditum uirum, contulit. Hinc ſacra tua maieſtas non minus ueræ laudis & æternæ apud poſteros toto terrarum orbe gloriæ meretur, quàm Eraſmus ipſe magnus Roterodamus ſuis meruit ineſtimabilibus & ſtudijs & uirtutibus. Præterea quantum plerique omnes gratitudinis Eraſmo debemus, tantum inclytæ maieſtati tuæ nos debere fateamur oportet. Quantum uerò debeamus utriq;, paulò breuiùs arguet noſtra Monodia. qua nuper ad uniuerſos chriſtianæ pietatis profeſſores ipſius magni Eraſmi Rotterodami laudatæ memoriæ obitum protreptico more deploraui, quam & ideo potiſſimum tuæ regiæ maieſtati conſecratam nomine omniũ uolui, humillimè deprecans, ut eam illa boni conſulere dignetur, quam abſolutiorem reddere non potui propter incredibilem dolorem, quem partim ex ægritudine qua diſtinebar, partim ex acerbiſſima ipſius Eraſmi morte concepi. Dici enim nequit, quàm me uehementer tum alioqui ægrè ualentem, deterruerit èpiſtola D. Io. Fab. reuerendiſſimi patris ac ornatiſſimi præſulis Viennenſis, ſacræ tuæ maieſtatis conſiliarij fideliſſimi & conſultiſſimi, quâ pietas illius eruditiſſima & eruditio pientiſſima, ſuum Nauſeam de illius obitu poſt alios certiorem fecit. Quandoquidem au-

dita magni ipsius Erasmi Roterod. morte, sic animo consternatus fuerim, ut ne manus quidem uidebatur suo fungi officio, rescriptura, quæ uolebam. Ita tum sanè consternabar ex ipsius Erasmi morte, ut nisi eam illi fuisse naturalem & fatalem resciuissem, parum abfuißet, quin de deo & de natura conqueri cœpissem, q̃ tantùm è mundo lumen, tantum non unius, inquam, urbis, sed totius orbis ornamentum & unicum nostri seculi decus substulißet. In huius certè uiri occasu paßa sunt magnam eclypsim bonarum literarum studia, rerum scientia & morum integritas. Erat enim (ut & sacrosancta tua nouit maiestas) in ipso nostro Erasmo sic uitæ sanctimoniæ coniuncta linguarum eruditio, & humanarum diuinarumq́; rerum omnium cognitio, ut in ipso uno homine uidebatur reuixiße, quicquid omnium fuit unquam optimorum doctorum, prout fortaßis haud obscurè dignabitur sacra tua maiestas, uidere in nostra quæ subsequitur, Monodia, quã peruelim superatum iri ab alijs, quibus quam mihi plus est & ingenij & eloquentiæ & ocij. Sanctus enim erat Erasmus, ut si æquè laudabimus eum omnes, meritis tamen ipsius & eius magnitudine uidebimur inferiores uniuersi, instar eorum, qui simul adspiciũt solẽ. Nam etsi alter altero plus minúsue uideat, uidendo tamen omnes deficiunt. Cuius sanè iudicium non grauabor deuotißimè expectare à sacrosancta tua maiestate, quæ pro uoto suo felicißimè nobis omnibus & diutißimè ualeat. Ex Moguntia XV. Cal. Septemb. Anno M. D. XXXVI.

FRIDERICI NAVSEAE BLANCICAMPIANI SACRAE Theologiæ & LL. doctoris, inuictißimi FERDINANDI Cæsaris &c. à sacris studijs & consilijs, ad uniuersos Christianæ pietatis professores, in magnum laudatæ memoriæ ERASMVM Roterodamum, nuper uita functum MONODIA.

Quod ingeniosus quondam Poëta tam ex protrito q̃ ex ueridico uulgi uerbo grauiter hoc disticho monuit, inquiens,

Immodicis breuis est ætas, & rara senectus,
Quicquid amas, cupias nõ placuisse nimis:

Hoc nos ipsum iam demùm, lectores & auditores, qui Christo nomina dedistis, uniuersi, non absque summo animi nostri mœrore in magno illo laudatæ felicisq; memoriæ Desiderio Erasmo Roterodamo, splendidißimo Ecclesiæ catholicæ ornamento, plus quàm uerum esse comperimus. Etsi enim illum ipsum magnum Erasmum Roterodamum, rectorem præceptorémque nostrum lõgè desideratißimum, propter incomparabiles ipsius uirtutes, & dotes omnino diuinas & usq; ad miraculum suspiciendas, non modò religiosè propemodum

Summus amor Nauseæ in Erasmum.

pemodùm ab ineunte quidem ætate dilexerimus, sed & suprà quàm dici potest, ardenter amauerimus & coluerimus: nouißimis tamen & ijsce quidem diebus paulò superioribus, eũdem non impatienter solùm, uerumetiã miserè deperire nobis ipsis uisi sumus: ut qui absentes & longo nimirum locorum interuallo diuisi, sic uniuersis in ipsum absentem uiribus præ ueræ charitatis impotentia rapiebamur, ut sine eo & absq; de ipso cogitatu memoratuq; nec meditabamur, nec dictitabamus, nec scribebamus, nec lucubrabamus, nec manducabamus, nec bibebamus, nec uigilabamus, nec dormiebamus, nec ita deniq; sine illo quicquàm faciebamus, ut præsto semper esset Erasmus *quicquid ageremus. ludebat ante oculos nostros imago* Erasmi, *ibat redibatq; frequenter. Quinimò simulachrum atque ipsius umbra* Erasmi *uisa nobis*

Ante oculos, & nota maior imago,
Atqui nos toties lachrymantes, dira ualentes
Dicere deseruit, tenuisque recessit in auras.
Ter conabamur collo dare brachia circum:
Ter frustrà compræhensa manus effugit imago,
Par leuibus uentis, uolucrique simillima somno. Allusio Vergiliana.

Quid multa? totus animus in unius Erasmi *contemplatione defigebatur.* Erasmum *cogitabamus,* Erasmum *uidebamus,* Erasmum *iam uanis imaginibus, recẽtibus tamen, audiebamus, adloquebamur & tenebamus. Nec interim præ nimio in illũ amore cessabamus undecunque ueniebant, plerosque omnes in hæc uerba rogare,*

de Erasmo & de eius statu, Viuit adhuc Erasmus? Valet ne Erasmus? Quid agit Erasmus? Nunquid ex sua nobis Aphrica noui quid afferet ille propediē? & in hūc sanè modum per q̃ plurima passim sciscitabamur.

Præsagium mortis Erasmi.

Sed quid isthuc? Certè non aliud quàm præsagium mortis ipsius haud multò pòst futuræ certissimū, utpote quod citra dubium præsagiebat, illum ipsum magnum & unicum nostrum Erasmum, quem satis immodicè diligebamus, imò deperibamus, quibus etiam (proh dolor) nimis placebat, paucis pòst diebus à nobis alio demigraturum, ualeq́; ultimum huic seculo dicturum, foreq́; ætatem illi adhuc omnino breuem & senectam prorsus raram, nósq; certò in parietem caducū inclinaturos, quod ætas ipsius & aduersa ualetudo non uideretur tantis laboribus & rerum motibus sufflectura. Cœpit autem (heu dolor) hoc nostrum de magno Erasmo nostro præsagium, non secus atque de natura gratiaq́; patre charissimo tam uerum fieri, q̃ fuit olim cœptum fieri uerum Israëlis de Iosyppo filio præsagium.

Præsagium uenditionis Ioseph in Aegyptum

Tradūt quidem sacrosanctæ literæ, quod quum esset ille iam senio confectus, & plurium filiorum pater, de nullius tamen æquè fuisse sollicitum atque de Iosyppi uita & incolumitate, quippe quem unum illum intueri, unum penes se habere, nec expleri mentem tuendo, nec temerè procul ablegare solitus fuerit: indubitato nimirum mentis præsagio, futurum, ut is omnium unus aliquando maximo foret patri desiderio, qui præsens patrium explere non posset affectum.

Ingens amor Iacob in filium Ioseph

Nec usque adeò defuit euentus præsagio, ut quum filius ipse Ioseph, quem pater planè deperibat, aliquot post annos à fratribus ex inuidia uenundatus esset, ac in Aegyptum ductus, illum pater, huiusce rei nescius, credens aut amissum aut mortuum, multis annis acerbißimè luxerit, inter cætera, quũ uideret illius uestem sanguinolentam à fratribus commonstratam, eiulando dicens, Fera peßima deuorauit filium meum Ioseph, Descendam ad filium meum lugens in infernum &c. nec prius diuturnum luctum absterserit quàm ex insperato repertus est.

Atque utinam nostrum tam mite nobis potuisset esse de Erasmo præsagium, ut uidelicet ipsum desideratißimum (dijs superis bene uolentibus) pro desiderio nostro uiuum reperire in terra possemus, ituri non solùm post eum in Aegyptum, uel quamlibet longè distantem, sed & ultra Sauromatas & glacialem Oceanum, aut si quid est hoc remotius, uerum (ah dolor) multò durius ceßit de ipso præsagium: quandoquidem desierit ille non sine totius Christiani orbis iactura, in humanis esse, fatis et naturæ cedens, scilicet hoc ipsum nuper etiamnũ solis eclypsi dubio procul protendente, quia propediem moriturus esset, qui sine controuersia suis diuinis uirtutibus & doctrinis non aliter hactenus atque sol suis splendidißimis radijs uniuersum mundum illustrasset, & ad solem iustitiæ reduxisset. Id quod an uerum sit, idémque magnus olim noster Erasmus præstiterit, paucis subinde docebimus

Erasmi mortem per Eclypsim huius anni prædictam.

cebimus

œbimus, initio flagitantes, ut attenti sitis, animisque uestris uerba nostra diligenter excipiatis.

Iam uerò non est, ut iustam à nobis longámque orationem expectetis in uerè illum desideratißimum Desiderium memoriæ fœlicis Erasmum Roterodamum, qui modis omnibus & ad omnia talis ac tantus, dum uiueret, fuit, ut orationem ipso dignam, nisi qui fuerit ipsius similis (similem autem uel ex parte saltem quis inueniet?) habere nõ poßit, aut si quis alius pro eo dicturus est, haud secus sit commissurus, atq; si quis olim alius Alexandrum q̃ Apelles depinxisset, alius quàm Lysippus ex aêre duxisset, alius quàm Pyrgoteles sculpsisset. Lactantius ille Firmianus sic secundum aliquos eloquentia Ciceroni disertißimo propè accedens, ut à multis Cicero christianus appellari soleat, quũ christianæ religioni patrocinaturus esset aduersus Aethnicos, cum primis optabat sibi dari eloquentiam Tullianæ proximam, nempè quo poßet abundè dicendo præstare, quod acturus erat. Ipse magnus Erasmus noster, adhortaturus olim ad sanctißimum christianæ philosophiæ studium, uehementer sibi optabat eloquentiã, nescimus cuius uel Mercurij, uel Amphionis, uel Socratis uel Periclis, uel alterius cuiuspiã efficaciter eloquentis, dicendi uirtutẽ, quò præstaturus ex uoto esset, quod ex animo satageret. Nos sanè nullius sigillatim, quippe nec Firmiani, nec Ciceronis, nec Mercurij, nec Periclis, sed eius unius magni duntaxat Erasmi disertam eloquentiam cuperemus, de ipsius admirandis

Erasmum aliquo magno præco ne dignum.

Artifices excellentißimi.

Laus Lactantij.

Erasmus in Paraclesi.

randis

randis uirtutibus & earũ meritißimis laudibus pro dignitate uerba habituri. Siquidem nõ dubitauerimus in illo magno quondam Erasmo Roterodamo fuisse, quicquid unquam uel in Pericle fæcũdæ uehementiæ, uel in Tullio disertæ facultatis eloquentiæ fuit, quantumuis ille fando fulgurare & tonitrua ciere dictus fuerit, huius uerò nomen pro eloquentia in ora hominum abierit. Quo fit, ut uix existimemus esse, qui dignè posset magni illius Erasmi Roterodami uirtutes, dotes & laudes incõparabiles enarrare, præter ipsũ unicum Erasmum, uel qui foret illi facultate dicendi proximus. Erasmus enim ille solus nostra patrúmque memoria non falsò creditus est, habere Mercurium in ore, Genium in præcordijs, Palladem in capite, uelut Iouem quondam illum habuisse perhibent.

Erasmum eloquentia excellere Periclem & Tullium.

Erasmum excelluiße eloquentia, ingenio & prudentia.

Quales quia usque adeò non sumus, ut ne minimam nos partem doctrinæ & eloquentiæ Erasmicæ cõsecutos ingenuè fateamur, haud sanè est, ut pro ipso nuper uita functo etiam ex uetustißimo eodemq; solenni more in præsentia dicturi simus. quanquam multis alioqui nominibus hãc illi prouinciam præ cæteris omnino debere uideamur, cùm quòd nobis illius sit uita uiuẽdiq; ratio hoc quàm cæteris notior, quo secretior utrisque, dum uiueret is adhuc, eademq; mutua fuerit consuetudo: nempe quî cum aliquantisper propiùs conuixerimus, quum anno superiore post Christum natum M. D. XXXV. non inhonorifica fungeremur apud eũ, pro sacrosancta fide religioneq; nostra christiana

Attenuatio Nauseæ oratoria.

Quibus ex causis Nausea meritò præ cæteris poßit et debeat Erasmũ pro funere orando laudare

stiana legatiõe. Cuius penes nos testimonij nulla exceptione minoris loco pignus est & μνημόσυνον usq; adeò nobis haud cõtemnendũ, ut idipsum cũ uniuersis Attali Gazis minimè simus ex affectione conmutaturi. Quod sanè pignus haud obscurè testatũ facit, quid quantumq; nos Erasmo debeamus: tum quoq; & hanc illi prouinciam dicẽdi debere præ cæteris uideamur, ob prorsus singularem ipsius in nos, dum in humanis adhud uiueret, dilectionem & charitatem minimè uulgarem, quam præter alias satis euidẽter in suis ad nos literis arguit, in quibus nos titulis charitatem summam præ se ferentibus appellare solitus erat, charißimum, amantißimum, optimum suũ Nauseam. Quibus utiq; inscriptionibus quid posset esse uel amicius, uel amãtius & quidẽ in nos longè uerius, quàm si nos aut doctißimos aut excellentiß. compellasset. Quam sanè erga nos dilectionem uidemur, hoc solo eodemq; extremo pietatis officio non secus atque gratitudine quadam, aliqua ex parte saltem, nos compensare posse, quum nequeamus aliud, præsertim quod poßit à nobis in præsentia maiore cum fide, minoréque apud obtrectatores Amusos suspicione fieri.

Nauseã ab Erasmo uehementer amatum.

Tituli ueræ dilectionis.

Etsi enim (quod nuper in funebri pro serenißima gloriosæ memoriæ Regina Angliæ oratione diximus) humanæ gentes multos honores multis, maximè uita functis, diuersas ob causas tribuere soleant, nihil tamen est à gratia, à formidine, ab adsentatione, & ab id genus sinistra suspicione alienius, nec ad colendam

Oratio illa dicata est reginæ Mariæ.

colendam defuncti memoriam uel efficacius, uel aptius, quàm humanæ mentis adfectus, qui uel solus liber est, nec ab ullo cogendus, maximè, quia quod defuncto datur mera sit pietas, merus amor & anteactæ uitæ testimonium, quod nesciamus an poßit ab ullo quàm à nobis ferri certiùs & ueriùs, quum, uti diximus, uix ulli sua notior sit domus, quã nobis Erasmi uiuendi ratio. Nec tamen est, ut in præsentia solenni oratione quadam de ipsius laudatißimis & incomparabilibus moribus, uirtutibus & dotibus sigillatim dicere quoquo modo tentemus, quod tam fieri nequit, quàm si quis ex Marone,

Laus in defunctos est ac esse debet sine adulatione.

Scire uelit, Lybici uelit æquoris idem
Discere quàm multæ zephyro turbentur arenæ.
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus,
Nosce quot Ionij ueniant ad littora fluctus.

Quæ enim (obsecramus) tanta poßit existere ubertas ingenij? quæ tanta dicendi uis & copia? quod tam diuinum atque incredibile genus orationis? quo quispiam poßit non dicimus orando complecti, sed percensere numerando uirtutes, dotes & disciplinas, quibus ipse ille magnus noster Erasmus etiam eos, qui maximi habentur, non solùm æquauit, sed & (sine tamen illorum nominis obscuratione) plurimum superauit, ut quæ tam sunt numero multæ tamq; magnitudine stupendæ, ut de ijs multò sit etiã satiùs in præsentia silere, quàm pauca dicere. nempe quæ magis historiæ perpetuitatem, quàm orationis compendium

Erasmum uix à quoquam posse satis dignè laudari

exigant, in quibus recensendis omnes oratores & historici tam cogitando quàm scribendo defatigarentur. Nobis certè non tantum est ingenij, non mentis, non spiritus, non uirium, qui quanto magis in diuini huius uiri laudes concelebrãdas animum intendimus, eo nobis res ipsa sese sublimiorẽ difficilioremq; offert, neq; uerò cuiq̃ poßibile putamus, etiamsi omnes id molirẽtur, omnes attingere laudes eius, qui non nostra solùm ætate, sed omnium temporum posteritate memorabilis est: quippè quo nulla ætas, nec facilè tulit, nec feret maiorem, nec omnino facilè parem. utpote in cuius uita usque adeò omnia fuerint ampliβima, excellentiβima & eminentiβima, ut nihil putemus ita de magno nostro Erasmo Roterodamo dici, quod æquè de alio dici posse uideatur. In cuius denique uirtutibus ea abundarunt exempla, quæ sequi cupiat uentura posteritas, & si ipsa rerum natura pateretur, ascribi uoluiβet sibi ueneranda antiquitas. Nec est, ut nobis hac de re solis obstringatur à quopiam fides, qui fidem facere testimonijs & argumentis omni exceptione maioribus haud quaquàm grauabimur.

Compendiosa laus Erasmi.

IN primis uerò quum iuxta Rhetorum placita Oratorúmque decreta non parum in demonstratiuo dicendi genere laudis ei nascatur, qui prognatus est à laudatis parentibus, adeóque à laudata patria procreatus, haud aberit fortaβis hac parte paucis, & quidem ueluti per transennam, meminisse patriæ progenitorúmque Erasmi Roterodami, quàmuis ipse uiuens

Oratoriæ est à parentibus laudari.

Laus à pa-

uiuens adhuc, uerus Theologus & homo dei uerus, nihil sibi laudis ab id genus laudibus alienis ambire solitus fuerit ob rationem, quam paulò pòst ædemus.

rentibus est aliena.

Tametsi autem propter & amabiles & prorsus eximias Erasmi uirtutes & ob ipsius incomparabiles animi dotes, Germani & Galli, duæ præter alias toto terrarum orbe gentes facilè laudatissimæ, ita iampridem non secus decertauerint, utrius esset Erasmus, atque septem Græciæ quondam urbes de patria Homeri, nec aliter ob diuum Martinum Hungari, Galli & Itali cuatis ille esset, depugnauerint: ut cœperit à multis adpellari cùm Germanogallus, tum Gallogermanus, nos tamen seposita sub iudice lite non dubitamus ipsum magnum nostrum Erasmum sine controuersia patriam habere Germaniam, omnium lõgè nobilissimam, & eius quidem illum in ea fuisse nationis & prouinciæ & ciuitatis (cui Roterodamiæ nomen) quæ cæteris Germaniæ prouincijs et insulis haud dubiè non uno solùm, sed multiplici nomine, & ita quidem longè præstat, ut quod de Roma quõdam Vergilius dixit, uerè possit etiamnum dici de Erasmi patria, sub his sanè carminibus,

Ob Erasmũ mutuò certare Gallos et Germanos.

Erasmũ esse Germanum Hollandum ex Roterodamia.

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna Cupressi.

ET quæ est Erasmo patria? nimirum Hollandia, quam Batauiam ueteres adpellauere. Cuius olim gens non bello tantùm ualida fuit & celebris, sed & pace & morum simplicitate & synceritate sic commendata

Laus Hollandiæ quæ & Batauia dicitur.

mendata, ut eius nomen apud Epigrammatarium in adagion abierit, quo Auris Batava pro aure agresti, ineleganti, seuera tetricáque usurpari consueuit: apud optimos quosque non obscurè significans, ipsos Batauos, seu mauis Hollandos, plurimùm habuisse cum integris illis Lacedæmonijs, cum priscis illis Sabinis, & cum laudatißimis illis Cathonibus adfinitatis. Atque sanè, si uel in hodiernā usq; diē mores Hollandorum domesticos spectemus, uix aliam gentem inueniemus ad humanitatem, ad benigtatémque propensiorem, nec erudita pietate & pia eruditione spectatiorem, nec serpentina prudentia prouidentiorem, nec columbina simplicitate laudatiorem, nec ab insidijs et fucis alieniorem remotiorémque. Cuius utique de illa rarißimæ laudis unus in seipso poterat esse testis & archetypus infallibilis, Erasmus noster Roterodamus, qui tam erat (experti loquimur) cum singulari prudentia simplex ac syncerus, ut etiam si quid uoluisset inter amicos simulare uel dißimulare seriò, non potuisset, repugnante uidelicet natura: tam promptus & alacer ad bene de omnibus merendum, ut etiam aliquoties indignis suam opem non negaret, liberalis in omnes, & maximè in bonarum literarum probè studiosos, & in eos domesticos quibus erat domi res angusta & curta suppellex. Fide uerò tam candida fuit & incorrupta, ut in neminem magis poterat congruere illud, Dignus, quî cum in tenebris mices. atq; ut ipse fraudem nemini machinabatur, ita de nullo tale

Laus Hollādorum à q̄xilitate & simplicitate morum.

Laus Erasmi à candore morum.

quicquam

quicquam suspicari poterat, etsi non rarò delusus: quemadmodùm ipse quoq; in suis paßim epistolis tam uerè, quàm piè conqueritur. Quid multis? Tam profectò candidus omni ex parte, támque syncerus erat Erasmus noster, ut poëta longè rectiùs de ipso quàm de Deciano scripsisse uideri queat,

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
Quales prisca fides, famaq; nouit auos:
Si quis Cecropiæ madidus, latæq; Mineruæ
Artibus & uera simplicitate bonus:
Si quis erit recti custos, imitator honesti,
Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ subnixus robore mentis,
Dispeream, si non hic uel Erasmus erit.

De præstantia uerò parentum progenitorúmque magni Erasmi Roterodami, quid attinet plura dicere? quos satis abundè constat ita fuisse generosos, quia tam generosam nobis ædiderunt prolem, ut cum maximo uate ad ipsum Erasmum meritò cogamur exclamare. Laus Erasmi à parentibus.

O quæ te tam læta tulerunt
Secula, qui tanti talem genuere parentes.

Non possumus etenim non illius genitores fuisse probatißimos & præstantißimos iudicare, quod tam probum, tam sanctum, támque undecunque præstantem filium genuerint & educauerint, quum ueritas ipsa eiusmodi iudicium tam manifestò comprobauerit, adserens arborem ex fructu cognoscendam, & eam esse

arborem oportere bonam, quæ fructum gignit bonum. Quæ & propterea uocem mulieris, spiritu sancto actæ, & de turba proclamantis, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, non renuit, sed eius prædicationem perfecit, inquiens, Quinimo. Atque nimirum talis ac tanti filij fuerunt Erasmi parentes, ut si ipsi per se minimè clari extitissent, ipsi tamen tanti filij præstantia, cæteros antecellere meritis longè potuissent. In quorum laudibus uel proinde non immoremur, ne peccare uideamur in ipsum Erasmum, qui non ex maioribus sed ex sese ac propria uirtute nobilitatem (quæ uera nobilitas est) sumendam duxit, quippe turpißimum censens, ut suum homo decus & ornatum extrinsecus ab alijs quæreret ac mutuaretur, quum bruta etiam animalia non aliunde quàm ex seipsis probari soleant. Quid enim ad nos maiorum uirtutes ac bona, si nos ignaui fuerimus ac socordes? Id quod inter cætera, quæ suo loco requirenda sunt, ipse Satyricus in eum, qui gloriatur in maiorum suorum nobilitate, q̃uis ipse, quia uitiosus, sit ignobilis, inuehens, satis apertò uersibus subsequentibus arguit.

Erasmũ noluiße à parẽtibus laudari.

Laus parẽtum filijs nõ est propria

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri? pictosq; ostendere uultus
Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos?
Si coram Lepidis malè uiuitur &c.
Tota licet ueteres exornent undique Ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica uirtus.

Prima

Prima mihi debes animi bona, sanctus haberi
Iustitiæq; tenax factis, dictisque mereris.
Plance, tumes alto Drusorum sanguine, tanquàm
Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses.
Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generosa putet, nisi fortia? &c.
Malo pater tibi sit Thersites, dummodò tu sis
Aeacidæ similis, Vulcaniáque arma capessas,
Quàm te Thersitæ similem producat Achilles.
Et tamen ut longè repetas, longéque reuoluas,
Nomen ab infami gentem deducis asylo.
Maiorum primus quisquis fuit ille tuorum
Aut pastor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

Nónne igitur summa nostri Erasmi laus est & gloria suorum parentum maxima, quod ipse summa cum laude suis maioribus ita uirtute præluxerit, ut hac etiannum causa uideri poßit haud minor uel Tullo Hostilio, uel Tarquinio Prisco, uel Tullio Seruo, uel Varrone, uel Demosthene, uel Cicerone, uel id genus, utcunque regibus, qui perobscuro nati locò, clarißimi suis aliquando uirtutibus euaserunt, atque ob id uulgo noui homines adpellati. Quid? quum rem paulò diligentiùs nobiscum disputabimus, certò cognoscemus ipsum Erasmum Roterodamum usque adeò nihil à suis progenitoribus degenerasse, ut eos etiam quamlibet præstantes non modo suis uirtutibus superauerit, sed & earum eximio splendore nõ aliter propemodùm (sine tamen illorum dedecòre) obfuscàuerit, [*Laus parẽtum Erasmi adeoq; ipsius Erasmi.*]

atq; summus ille quondã sacerdos & rex Salem Melchisedech, qui pené non ex dißimili coniectura dictus est, neq; patrem, neq; matrem, neq; genealogiam habere. An (obsecramus) uulgaris hæc illa sit Erasmi laus & gloria? Minimè, sed omniũ facilè rarißima, nimirùm sole clariùs arguens, Erasmum sic uirtute laudatum, adeóq; fuisse illũ inculpatæ uitæ, ut is iuxta prouerbium etiam cum ueritate potuisset τῷ μώμῳ ἀρέσκειν, qui tamen in Venere, quod reprehenderet, inuenit. Ad cuius summæ testimonium laudis accedit & hoc argumentum æquè ualidum, quòd Erasmus ipse noster ad ineffabilem suam eruditionem, mirabilem morum attulerit innocentiam, diuinamq; sapientiam cum pari eademq; stupenda eloquentia coniũxerit, ut qui non modo uitam ab omni dedecore lõgè lateq; conseruauerit, uerumetiam famam, quæ dudum de ipso nusquam non terrarũm celeberrima percrebuerat, nulla unquam sinistri rumoris labecula aspersérit, quum in illud alioqui genus uiris omnino rari extiterint, quorum uirtutes & disciplinæ non aliquo uitiorũ confinio læsæ fuissent. Fuit olim Socrates Apollinis indicio sapientißimus omnium, sed idem de iracundia, & libidine nefanda non immunis. Plato tam à nostris etiam commendatus, ut diuinus ab eis nuncupari soleat, sed idem de simili libidine, de gula, deq; adulatione plurimùm notatus est. Aristoteles (quod satis constat) ab omnibus est philosophorũ princeps habitus, sed qui pariformiter de libidine, de adulatione, deq;

Laus Erasmi quòd æquè doctus fuerit atq; probus.

Erasmum semper bonã habuiße famam.

Multos fuiße doctos sed uitiosos alioqui.

deq; auaritia taxatus à non parum multis. Sileo interim Speusyppum, Zenonem, Anaxagoram, Aristippum, Demosthenem, Ciceronem, Vergilium, idq; genus alios, qui non tam probi quàm docti fuere, sed quorum uirtutes & scientia, uitiorum adfinitate pessum prorsus iuerunt. De quorum numero conditioneque tam fuit alienus noster Erasmus, quàm fuerit ipsius religio ab istorum superstitione remota: nimirùm cui tanta omnium uirtutū concordia, tantus omnium laudū concentus omnisq; gloriæ cōtigerit, ut nihil seueritati eius hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detractum fuerit unquam. Cuius etiam Deus max. naturæ conditor, adeoq; per ipsum natura, non obscurum in ipsius etiam corporis Erasmi lineamentis typum reliquerat: utpote cui natura eam dederat staturæ mediocritatem, ut hoc de ipso Erasmo Stacij non immeritò dici poterat,

Erasmum singularis à facie fuisse maiestatis.

Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Eam præterea dederat uirilem uenustatem, ut de eodem dici poterat hoc Maronis,

Gratior est pulchro ueniens è corpope uirtus.

Ea enim iusta illi sine aliquo uitio statura erat, is in corpore habitus, is honor capitis & dignitas oris cū mira quadā maiestate cōiuncta, ut putasses non de Aenea, sed de Erasmo scripsisse Vergilium, sic canentem.

Os humerosq; deo similis, nanq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix lumenq; iuuentæ
Purpureum & lætos oculos adflarat honores,

de Erasmo & de eius statu, Viuit adhuc Erasmus? Valét ne Erasmus? Quid agit Erasmus? Nunquid ex sua nobis Aphrica noui quid afferet ille propediē? & in hūc sanè modum per q̄ plurima paßim sciscitabamur.

Præsagium mortis Erasmi.

Sed quid isthuc? Certè non aliud quàm præsagium mortis ipsius haud multò pòst futuræ certißimū, utpote quod citra dubium præsagiebat, illum ipsum magnum & unicum nostrum Erasmum, quem satis immodicè diligebamus, imò deperibamus, quibus etiam (proh dolor) nimis placebat, paucis pòst diebus à nobis alio demigraturum, ualeq; ultimum huic seculo dicturum, foreq; ætatem illi adhuc omnino breuem & senectam prorsus raram, nósq; certò in parietem caducū inclinaturos, quod ætas ipsius & aduersa ualetudo non uideretur tantis laboribus & rerum motibus suffectura. Cœpit autem (heu dolor) hoc nostrum de magno Erasmo nostro præsagium, non secus atque de natura gratiaq; patre charißimo tam uerum fieri, q̄ fuit olim cœptum fieri uerum Israëlis de Iosyppo filio præsagium.

Præsagium uenditionis Ioseph in Aegyptum

Tradūt quidem sacrosanctæ literæ, quod quum esset ille iam senio confectus, & plurium filiorum pater, de nullius tamen æquè fuisse sollicitum atque de Iosyppi uita & incolumitate, quippe quem unum illum intueri, unum penes se habere, nec expleri mentem tuendo, nec temerè procul ablegare solitus fuerit:

Ingens amor Iacob in filium Ioseph

indubitato nimirum mentis præsagio, futurum, ut is omnium unus aliquando maximo foret patri desiderio, qui præsens patrium explere non posset affectum.

Nec

Nec usque adeò defuit euentus præsagio, ut quum filius ipse Ioseph, quem pater planè deperibat, aliquot post annos à fratribus ex inuidia uenundatus esset, ac in Aegyptum ductus, illum pater, huiusce rei nescius, credens aut amissum aut mortuum, multis annis acerbißimè luxerit, inter cætera, quū uideret illius uestem sanguinolentam à fratribus commonstratam, eiulando dicens, Fera peßima deuorauit filium meum Ioseph, Descendam ad filium meum lugens in infernum &c. nec prius diuturnum luctum absterserit quàm ex insperato repertus est.

Atque utinam nostrum tam mite nobis potuisset esse de Erasmo præsagium, ut uidelicet ipsum desideratißimum (dijs superis bene uolentibus) pro desiderio nostro uiuum reperire in terra possemus, ituri non solùm pòst eum in Aegyptum, uel quamlibet longè distantem, sed & ultra Sauromatas & glacialem Oceanum, aut si quid est hoc remotius, uerum (ah dolor) multò durius cecidit de ipso præsagium: quandoquidem desierit ille non sine totius Christiani orbis iactura, in humanis esse, fatis et naturæ cedens, scilicet hoc ipsum nuper etiamnū solis eclypsi dubio procul protendente, quia propediem moriturus esset, qui sine controuersia suis diuinis uirtutibus & doctrinis non aliter hactenus atque sol suis splendididißimis radijs uniuersum mundum illustrasset, & ad solem iustitiæ reduxisset. Id quod an uerum sit, idémque magnus olim noster Erasmus præstiterit, paucis subinde docebimus

Erasmi mortem per Eclypsim huius anni prædictam.

cebimus, initio flagitantes, ut attenti sitis, animisque uestris uerba nostra diligenter excipiatis.

Iam uerò non est, ut iustam à nobis longámque orationem expectetis in uerè illum desideratissimum Desiderium memoriæ fœlicis Erasmum Roterodamum, qui modis omnibus & ad omnia talis ac tantus, dum uiueret, fuit, ut orationem ipso dignam, nisi qui fuerit ipsius similis (similem autem uel ex parte saltem quis inueniet?) habere nō possit, aut si quis alius pro eo dicturus est, haud secus sit commissurus, atq; si quis olim alius Alexandrum q̃ Apelles depinxisset, alius quàm Lysippus ex aëre duxisset, alius quàm Pyrgoteles sculpsisset. Lactantius ille Firmianus sic secundum aliquos eloquentia Ciceroni disertissimo propè accedens, ut à multis Cicero christianus appellari soleat, quū christianæ religioni patrocinaturus esset aduersus Aethnicos, cum primis optabat sibi dari eloquentiam Tullianæ proximam, nempè quo posset abundè dicendo præstare, quod acturus erat. Ipse magnus Erasmus noster, adhortaturus olim ad sanctissimum christianæ philosophiæ studium, uehementer sibi optabat eloquentiā, nescimus cuius uel Mercurij, uel Amphionis, uel Socratis uel Periclis, uel alterius cuiuspiā efficaciter eloquentis, dicendi uirtutē, quò præstaturus ex uoto esset, quod ex animo satageret. Nos sanè nullius sigillatim, quippe nec Firmiani, nec Ciceronis, nec Mercurij, nec Periclis, sed eius unius magni duntaxat Erasmi disertam eloquentiam cuperemus, de ipsius admirandis

Erasmum aliquo magno præcone dignum.

Artifices excellentissimi.

Laus Lactantij.

Erasmus in Paraclesi.

randis uirtutibus & carũ meritißimis laudibus pro dignitate uerba habituri. Siquidem nõ dubitauerimus in illo magno quondam Erasmo Roterodamo fuisse, quicquid unquam uel in Pericle fecũdæ uehementiæ, uel in Tullio disertæ facultatis eloquentiæ fuit, quantumuis ille fando fulgurare & tonitrua ciere dictus fuerit, huius uerò nomen pro eloquentia in ora hominum abierit. Quo fit, ut uix existimemus esse, qui dignè posset magni illius Erasmi Roterodami uirtutes, dotes & laudes incõparabiles enarrare, præter ipsũ unicum Erasmum, uel qui foret illi facultate dicendi proximus. Erasmus enim ille solus nostra patrúmque memoria non falsò creditus est, habere Mercurium in ore, Genium in precordijs, Palladem in capite, uelut Iouem quondam illum habuisse perhibent.

Erasmum eloquentiæ excellere Periclem & Tullium.

Erasmum excelluiße eloquentia, ingenio & prudentia.

Quales quia usque adeò non sumus, ut ne minimam nos partem doctrinæ & eloquentiæ Erasmicæ cõsecutos ingenuè fateamur, haud sanè est, ut pro ipso nuper uita functo etiam ex uetustißimo eodemq; solenni more in præsentia dicturi simus. quanquam multis alioqui nominibus hãc illi prouinciam præ cæteris omnino debere uideamur, cùm quòd nobis illius sit uita uiuẽdiq; ratio hoc quàm cæteris notior, quo secretior utrisque, dum uiueret is adhuc, eademq; mutua fuerit consuetudo: nempe quî cum aliquantisper propiùs conuixerimus, quum anno superiore post Christum natum M. D. XXXV. non inhonorifica fungeremur apud eũ, pro sacrosancta fide religioneq; nostra christiana

Attenuatio Nauseæ oratoria,

Quibus ex causis Nausea meritò præ cæteris poßit et debeat Erasmũ pro funere orando laudare

stiana legatiōe. Cuius penes nos testimonij nulla exceptione minoris loco pignus est & μνημόσυνον usq; adeò nobis haud cōtemnendū, ut idipsum cū uniuersis Attali Gazis minimè simus ex affectione conmutaturi. Quod sanè pignus haud obscurè testatū facit, quid quantumq; nos Erasmo debeamus: tum quoq; & hanc illi prouinciam dicēdi debere præ cæteris uideamur, ob prorsus singularem ipsius in nos, dum in humanis adhud uiueret, dilectiōnem & charitatem minimè uulgarem, quam præter alias satis euidēter in suis ad nos literis arguit, in quibus nos titulis charitatem summam præ se ferentibus appellare solitus erat, charißimum, amantißimum, optimum suū Nauseam. Quibus utiq; inscriptionibus quid posset esse uel amicius, uel amātius & quidē in nos longè uerius, quàm si nos aut doctißimos aut excellentiß. compellasset. Quam sanè erga nos dilectionem uidemur, hoc solo eodemq; extremo pietatis officio non secus atque gratitudine quadam, aliqua ex parte saltem, nos compensare posse, quum nequeamus aliud, præsertim quod poßit à nobis in præsentia maiore cum fide, minoréque apud obtrectatores Amusos suspicione fieri.

Nauseā ab Erasmo uehementer amatum.

Tituli ueræ dilectionis.

Etsi enim (quod nuper in funebri pro sereniβima gloriosæ memoriæ Regina Angliæ oratione diximus) humanæ gentes multos honores multis, maximè uita functis, diuersas ob causas tribuere soleant, nihil tamen est à gratia, à formidine, ab adsentatione, & ab id genus sinistra suspicione alienius, nec ad

Oratio illa dicata est reginæ Mariæ.

colendam

colendam defuncti memoriam uel efficacius, uel apti us, quàm humanæ mentis adfectus, qui uel solus liber est, nec ab ullo cogendus, maximè, quia quod defuncto datur mera sit pietas, merus amor & anteactæ uitæ testimonium, quod nesciamus an poßit ab ullo quàm à nobis ferri certiùs & ueriùs, quum, uti diximus, uix ulli sua notior sit domus, quā nobis Erasmi uiuendi ra tio. Nec tamen est, ut in præsentia solenni oratione quadam de ipsius laudatißimis & incomparabilibus moribus, uirtutibus & dotibus sigillatim dicere quo- quo modo tentemus, quod tam fieri nequit, quàm si quis ex Marone,

Laus in defunctos est ac esse debet sine adulatione.

Scire uelit, Lybici uelit æquoris idem
Discere quàm multæ zephyro turbentur arenæ.
Aut ubi nauigijs uiolentior incidit Eurus,
Nosce quot Ionij ueniant ad littora fluctus.

Quæ enim (obsecramus) tanta poßit existere uber- tas ingenij? quæ tanta dicendi uis & copia? quod tam diuinum atque incredibile genus orationis? quo quis- piam poßit non dicimus orando complecti, sed per- censere numerando uirtutes, dotes & disciplinas, quibus ipse ille magnus noster Erasmus etiam eos, qui maximi habentur, non solum æquauit, sed & (sine tamen illorum nominis obscuratione) plurimum su- perauit, ut quæ tam sunt numero multæ tamq; magni tudine stupendæ, ut de ijs multò sit etiā satiùs in præ sentia silere, quàm pauca dicere. nempe quæ magis historiæ perpetuitatem, quàm orationis compendium

Erasmum uix à quoquam posse satis dignè laudari

exigant

exigant, in quibus recensendis omnes oratores & historici tam cogitando quàm scribendo defatigarentur. Nobis certè non tantum est ingenij, non mentis, non spiritus, non uirium, qui quanto magis in diuini huius uiri laudes concelebrãdas animum intendimus, eo nobis res ipsa sese sublimiorẽ difficilioremq; offert, neq; uerò cuiq̃ possibile putamus, etiamsi omnes id molirẽtur, omnes attingere laudes eius, qui non nostra solùm ætate, sed omnium temporum posteritate memorabilis est: quippè quo nulla ætas, nec facilè tulit, nec feret maiorem, nec omnino facilè parem. utpote in cuius uita usque adeò omnia fuerint amplissima, excellentissima & eminentissima, ut nihil putemus ita de magno nostro Erasmo Roterodamo dici, quod æquè de alio dici posse uideatur. In cuius denique uirtutibus ea abundarunt exempla, quæ sequi cupiat uentura posteritas, & si ipsa rerum natura pateretur, ascribi uoluisset sibi ueneranda antiquitas. Nec est, ut nobis hac de re solis obstringatur à quopiam fides, qui fidem facere testimonijs & argumentis omni exceptione maioribus haud quaquàm grauabimur.

Compendiosa laus Erasmi.

IN primis uerò quum iuxta Rhetorum placita Oratorúmque decreta non parum in demonstratiuo dicendi genere laudis ei nascatur, qui prognatus est à laudatis parentibus, adeóque à laudata patria procreatus, haud aberit fortaßis hac parte paucis, & quidem ueluti per transennam, meminisse patriæ progenitorúmque Erasmi Roterodami, quàmuis ipse

Oratoriæ est à parentibus laudari.

Laus à pa=

uiuens

uiuens adhuc, uerus Theologus & homo dei uerus, nihil sibi laudis ab id genus laudibus alienis ambire solitus fuerit ob rationem, quam paulò pòst ædemus. *rentibus est aliena.*

Tametsi autem propter & amabiles & prorsus eximias Erasmi uirtutes & ob ipsius incomparabiles animi dotes, Germani & Galli, duæ præter alias toto terrarum orbe gentes facilè laudatißimæ, ita iampridem non secus decertauerint, utrius esset Erasmus, atque septem Græciæ quondam urbes de patria Homeri, nec aliter ob diuum Martinum Hungari, Galli & Itali cuatis ille esset, depugnauerint: ut cœperit à multis adpellari cùm Germanogallus, tum Gallogermanus, nos tamen seposita sub iudice lite non dubitamus ipsum magnum nostrum Erasmum sine controuersia patriam habere Germaniam, omnium lōgè nobilißimam, & eius quidem illum in ea fuisse nationis & prouinciæ & ciuitatis (cui Roterodamiæ nomen) quæ cæteris Germaniæ prouincijs et insulis haud dubiè non uno solùm, sed multiplici nomine, & ita quidem longè præstat, ut quod de Roma quōdam Vergilius dixit, uerè poßit etiamnum dici de Erasmi patria, sub his sanè carminibus,

Ob Erasmū mutuò certare Gallos et Germanos.

Erasmū eße Germanum Hollandum ex Roterodamia.

Verùm hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter uiburna Cupreßi.

ET quæ est Erasmo patria? nimirum Hollandia, quam Batauiam ueteres adpellauere. Cuius olim gens non bello tantùm ualida fuit & celebris, sed & pace & morum simplicitate & synceritate sic commendata

Laus Hollandiæ quæ & Batauia dicitur.

mendata, ut eius nomen apud Epigrammatarium in adagion abierit, quo Auris Batava pro aure agresti, inelegan ti, seuera tetricáque usurpari consueuit: apud optimos quosque non obscuré significans, ipsos Batauos, seu mauis Hollandos, plurimùm habuisse cum integris illis Lacedæmonijs, cum priscis illis Sabinis, & cum laudatißimis illis Cathonibus adfinitatis. Atque sané, si uel in hodiernā usq; diē mores Hollandorum domesticos spectemus, uix aliam gentem inueniemus ad humanitatem, ad benigtatémque propensiorem, nec erudita pietate & pia eruditione spectatiorem, nec serpentina prudentia prouidentiorem, nec columbina simplicitate laudatiorem, nec ab insidijs et fucis alieniorem remotiorémque. Cuius utique de illa rarißimæ laudis unus in seipso poterat esse testis & archetypus infallibilis, Erasmus noster Roterodamus, qui tam erat (experti loquimur) cum singulari prudentia simplex ac syncerus, ut etiam si quid uoluisset inter amicos simulare uel dißimulare seriò, non potuisset, repugnante uidelicet natura: tam promptus & alacer ad bene de omnibus merendum, ut etiam aliquoties indignis suam opem non negaret, liberalis in omnes, & maximé in bonarum literarum probè studiosos, & in eos domesticos quibus erat domi res angusta & curta suppellex. Fide uerò tam candida fuit & incorrupta, ut in neminem magis poterat congruere illud, Dignus, quî cum in tenebris mices. atq; ut ipse fraudem nemini machinabatur, ita de nullo tale quicquam

Laus Hollādorum à ciuilitate & simplicitate morum.

Laus Erasmi à candore morum.

quicquam suspicari poterat, etsi non rarò delusus: quemadmodùm ipse quoq; in suis paßim epistolis tam uerè, quàm piè conqueritur. Quid multis? Tam profectò candidus omni ex parte, támque syncerus erat Erasmus noster, ut poëta longè rectiùs de ipso quàm de Deciano scripsisse uideri queat,

Si quis erit raros inter numerandus amicos,
  Quales prisca fides, famaq; nouit auos:
Si quis Cecropiæ madidus, latæq; Mineruæ
  Artibus & uera simplicitate bonus:
Si quis erit recti custos, imitator honesti,
  Et nihil arcano qui roget ore deos:
Si quis erit magnæ subnixus robore mentis,
  Dispeream, si non hic uel Erasmus erit.

De præstantia uerò parentum progenitorúmque magni Erasmi Roterodami, quid attinet plura dicere? quos satis abundè constat ita fuisse generosos, quia tam generosam nobis ædiderunt prolem, ut cum maximo uate ad ipsum Erasmum meritò cogamur exclamare. Laus Erasmi à parentibus.

O quæ te tam læta tulerunt
Secula, qui tanti talem genuere parentes.

Non possumus etenim non illius genitores fuisse probatißimos & præstantißimos iudicare, quod tam probum, tam sanctum, támque undecunque præstantem filium genuerint & educauerint, quum ueritas ipsa eiusmodi iudicium tam manifestò comprobauerit, adserens arborem ex fructu cognoscendam, & eam esse

arborem oportere bonam, quæ fructum gignit bonum. Quæ & propterea uocem mulieris, spiritu sancto actæ, & de turba proclamantis, Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ suxisti, non renuit, sed eius prædicationem perfecit, inquiens, Quinimo. Atque nimirum talis ac tanti filij fuerunt Erasmi parentes, ut si ipsi per se minimè clari extitissent, ipsi tamen tanti filij præstantia, cæteros antecellere meritis longè potuissent. In quorum laudibus uel proinde non immoremur, ne peccare uideamur in ipsum Erasmum, qui non ex maioribus sed ex sese ac propria uirtute nobilitatem (quæ uera nobilitas est) sumendam duxit, quippe turpißimum censens, ut suum homo decus & ornatum extrinsecus ab alijs quæreret ac mutuaretur, quum bruta etiam animalia non aliunde quàm ex seipsis probari soleant. Quid enim ad nos maiorum uirtutes ac bona, si nos ignaui fuerimus ac socordes? Id quod inter cætera, quæ suo loco requirenda sunt, ipse Satyricus in eum, qui gloriatur in maiorum suorum nobilitate, q̃uis ipse, quia uitiosus, sit ignobilis, inuehens, satis apertò uersibus subsequentibus arguit.

Erasmũ noluiße à parẽtibus laudari.

Laus parẽtum filijs nõ est propria

Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
Sanguine censeri? pictosq; ostendere uultus
Maiorum? & stantes in curribus Aemilianos?
Si coram Lepidis malè uiuitur &c.
Tota licet ueteres exornent undique Ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica uirtus.

Prima

Prima mihi debes animi bona, ſanctus haberi
Iuſtitiæq; tenax factis, dictiſque mereris.
Plance, tumes alto Druſorum ſanguine, tanquàm
Feceris ipſe aliquid propter quod nobilis eſſes.
Dic mihi Teucrorum proles, animalia muta
Quis generoſa putet, niſi fortia? &c.
Malo pater tibi ſit Therſites, dummodò tu ſis
Aeacidæ ſimilis, Vulcaniáque arma capeſſas,
Quàm te Therſitæ ſimilem producat Achilles.
Et tamen ut longè repetas, longéque reuoluas,
Nomen ab infami gentem deducis aſylo.
Maiorum primus quiſquis fuit ille tuorum
Aut paſtor fuit, aut illud, quod dicere nolo.

Laus parẽtum Eraſmi adeóq; ipſius Eraſmi.

Nónne igitur ſumma noſtri Eraſmi laus eſt & gloria ſuorum parentum maxima, quod ipſe ſumma cum laude ſuis maioribus ita uirtute præluxerit, ut hac etiannum cauſa uideri poßit haud minor uel Tullo Hoſtilio, uel Tarquinio Priſco, uel Tullio Seruo, uel Varrone, uel Demoſthene, uel Cicerone, uel id genus, utcunque regibus, qui perobſcuro nati loco, clarißimi ſuis aliquando uirtutibus euaſerunt, atque ob id uulgo noui homines adpellati. Quid? quum rem paulò diligentiùs nobiſcum diſputabimus, certò cognoſcemus ipſum Eraſmum Roterodamum uſque adeò nihil à ſuis progenitoribus degeneraſſe, ut eos etiam quamlibet præſtantes non modo ſuis uirtutibus ſuperauerit, ſed & earum eximio ſplendore nõ aliter propemodùm (ſine tamen illorum dedecóre) obfuſcàuerit,

atq; summus ille quondã sacerdos & rex Salem Melchisedech, qui penè non ex dißimili coniectura dictus est, neq; patrem, neq; matrem, neq; genealogiam habere. An (obsecramus) uulgaris hæc illa sit Erasmi laus & gloria? Minimè, sed omniũ facilè rarißima, nimirùm sole clariùs arguens, Erasmum sic uirtute laudatum, adeóq; fuisse illũ inculpatæ uitæ, ut is iuxta prouerbium etiam cum ueritate potuisset τῷ μώμῳ ἀρέσκειν, qui tamen in Venere, quod reprehenderet, inuenit. Ad cuius summæ testimoniuum laudis accedit & hoc argumentum æquè ualidum, quòd Erasmus ipse noster ad ineffabilem suam eruditionem, mirabilem morum attulerit innocentiam, diuinamq; sapientiam cum pari eademq; stupenda eloquentia coniũxerit, ut qui non modo uitam ab omni dedecore lõgè lateq; conseruauerit, uerumetiam famam, quæ dudum de ipso nusquam non terrarum celeberrima percrebuerat, nulla unquam sinistri rumoris labecula asperserit, quum in illud alioqui genus uiris omnino rari extiterint, quorum uirtutes & disciplinæ non aliquo uitiorũ confinio læsæ fuissent. Fuit olim Socrates Apollinis indicio sapientißimus omnium, sed idem de iracundia, & libidine nefanda non immunis. Plato tam à nostris etiam commendatus, ut diuinus ab eis nuncupari soleat, sed idem de simili libidine, de gula, deq; adulatione plurimùm notatus est. Aristoteles (quod satis constat) ab omnibus est philosophorũ princeps habitus, sed qui pariformiter de libidine, de adulatione, deq;

Laus Erasmi quòd æquè doctus fuerit atq; probus.

Erasmum semper bonũ habuiße famam.

Multos fuiße doctos sed uitiosos alioqui.

deq; auaritia taxatus à non parum multis. Sileo interim Speusyppum, Zenonem, Anaxagoram, Aristippum, Demosthenem, Ciceronem, Vergilium, idq; genus alios, qui non tam probi quàm docti fuere, sed quorum uirtutes & scientiæ, uitiorum adfinitate pessum prorsus iuerunt. De quorum numero conditionéque tam fuit alienus noster Erasmus, quàm fuerit ipsius religio ab istorum superstitione remota: numirùm cui tanta omnium uirtutũ concordia, tantus omnium laudũ concentus omnisq; gloriæ cõtigerit, ut nihil seueritati eius hilaritate, nihil grauitati simplicitate, nihil maiestati humanitate detractum fuerit unquam. Cuius etiam Deus max. naturæ conditor, adeoq; per ipsum natura, non obscurum in ipsius etiam corporis Erasmi lineamentis typum reliquerat: utpote cui natura eam dederat staturæ mediocritatem, ut hoc de ipso Erasmo Stacij non immeritò dici poterat,

Erasmum singularis à facie fuisse maiestatis.

Maior in exiguo regnabat corpore uirtus.

Eam prætereà dederat uirilem uenustatem, ut de eodem dici poterat hoc Maronis,

Gratior est pulchro ueniens è corpope uirtus.

Ea enim iusta illi sine aliquo uitio statura erat, is in corpore habitus, is honor capitis & dignitas oris cũ mira quadã maiestate cõiuncta, ut putasses non de Aenea, sed de Erasmo scripsisse Vergilium, sic canentem.

Os humerosq; deo similis, nanq; ipsa decoram
Cæsariem nato genitrix lumenq; iuuentæ
Purpureum & lætos oculos adflarat honores,

Quale manus addunt Ebori decus, aut ubi flauo
Argentum, Pariúsue lapis circundatur auro.

Id uerum esse testari potest, quicunq; propiùs illi cum iudicio locutus est. Nec enim hactenus audiuimus, quē cum Erasmo loquentē non ilico prima frontis ipsius, & oculorū, & cuiusdam Herois maiestas non aliquo modo conterruisset. Quæ præterea sic singulari quodam mō Erasmū tēperauerat artifex optima philosophia, ut eius esset moribus neq; grauius, neq; integrius, neq; suauius qcq̄. Nec arbitramur potuisse quenq̄ tā esse ab omni sensu cōmuni alienū, quē nō illius humanitas admirabilis & grauitas cū comitate pulcherrima cōdita demiratione quadā cepisset, quiq; nō magis ac magis Erasmū uidere et exosculari cū iactura etiā aliqua desiderasset. Quod & ipsius nō potuit nō esse uirtutis et laudis argumentū minimè contemnendum.

Laus Erasmi à tempe rantia morum.

SI *enim diuus ille atque idem uerè barbatus Hieronymus, uel hac una ratione Titum Liuiū non illaudatum nec eius fuisse uirtutis testimoniū minimum censeat, quod ad eum de ultimis Hispaniæ Galliarūq; finibus Romam nonnulli nobiles uenerint, ut coràm uiderent, quem ex libris, quos conscripserat ille, nouerant, & quos ad contēplationem sui Roma non traxerit, unius hominis forma perduxerit: quàm Erasmum nostrum Rotrodamum maius censemus & laudis amplioris quàm T. Liuium, quantumuis lacteo eloquentiæ fonte manantem, testimonium habuisse, quod ad ipsum non solùm ex Hispanijs & Gallijs, sed & ab ultimis totius*

Laus ex libris Erasmi

orbis terræ finibus & Basileam, & Friburgum & ad reliqua loca, ubi is pro tempore morari contigit, nec aliquot solum nobiles uenerint, uerũetiam summi totius orbis Monarchæ, nimirum Pontifices, Imperatores, Reges, Cardinales, Episcopi, Archiepiscopi, Duces, Reguli, Barones, & innumeri propemodùm id genus principes, proceres, magnates & satrapæ uariæ professionis, qui plerique omnes aut per seipsos corã, si quoquo modo commodè potuerũt, aut per excellentes oratores ad eum nõ modò uenerunt, sed & ipsum religiosè propemodùm salutauerunt, nec solùm salutarunt, sed & uti regem quempiã max. ita sanè muneribus amplißimis uenerati sunt, ut illum isti sine controuersia in omni uirtutum disciplinarúmque genere doctißimis quibusq; longè prætulerint: nempe rati ætatem, quam agerent uitam, quam spirarent, se lucrifecisse, quod illum illũ Erasmũ, illud illud numẽ uidissent, quo doctiorẽ nulla ætas habuisset, nec qui ipsum diuinis humanisq; doctrinis, & admirabili eloquentia præiisset, imò quem non secus haberent atque semideum de cœlo lapsum, nõ in terra natum. Cuius insuper illi doctrinarum studijs plus exhibuerunt honoris & decoris, quàm uel à Syracusanis Euripidi poëtæ, uel à Dionysio tyranno Platoni, uel ab Alexãdro Pyndaro, uel à Cn. Pompeio magno liberalium artiũ Rhodi professoribus, uel à Ptolomæo septuaginta senibus Bibliacæ historiæ scientißimis, uel ab ullo unquam mortalium ulli mortalium est exhibitum.

maxima q. ad eum uidendum & audiendum uiri maximi ex omni parte mundi uenerint.

Nec

Laus Erasmi à rectitudine scriptorum.

Nec immeritò quidem: quoniam illi ipsum suo de eo iudicio minimè falsi, tantum nouerāt ex eius libris plus q̄ pijs & eruditis, quantum nouerant alium planè neminem. In cuius sanè scriptis non eius est minimam laudis, uirtutis, uitæq; partem nosce, cū non possit ex abūdantia cordis lingua non loqui. Si enim spectemus illius librorum multitudinem, non falsò dixerimus ipsum multò præstare non tantùm Varroni, qui tamen, Fabio teste, omnia penè tradidisse fertur: sed & magno illi Theologo Origeni, cuius tamē sena millia librorum legisse se Diuus Hieronymus scribit, uir uel maiore fide dignus. Nec enim dubitauerimus Erasmum plura scripsisse quàm quispiam ex aliquot eruditioribus unq̄ legerit, qui uel unus ingenij felicitate Bibliothecā unam q̄uis ingentem, potuit implere, quū aliorum studia Bibliothecas per partes compleuerint. Huius rei testis esse poterit multò locupletißimus illius librorum Catalogus, pridē æditus, cui tamē interreà non parum multi alij libri accesserunt. Siquidem Erasmus ille noster tam habuerit extremā ætatem parē susceptis laboribus, uiribus, iudicio, memoriæ, ut illi numerus annorū nō solū nihil abstulerit, sed etiā authoritatē, multò maiorē pepererit: unde factū, ut non minus operosè septuagenarius uel ætate multò etiā prouectior, exercuerit literarū, in primisq; diuinarū studia, q̄ iuuenis media ætate fecit: nihil hoc quidem casu cedēs nec Isocrati, q̄tūuis ipse quarto et nonagesimo anno uitæ librū ædidit, quē Panathenaicū inscripsit,

Catalogus Erasmi librorum.

Laus Erasmi ex uegeta & operosa senectute.

nec Gorgiæ Leontino, quamuis & ipse centũ et septẽ ãnis proximus, ab opere studioq; nihil cessauerit. Si deinde uarietatem rerum, de quibus Erasmus ipse plus quã copiose & dignè scripsit, considerauerimus. indubiè nullus ad eũ fuerit Cornelius Celsus, et si ipse nõ solũ de omnibus fermè artibus scripsisse, uerũetiã sic ampliùs rei militaris, et rusticæ quoq; et medicinæ præcepta reliquisse tradatur, ut eũ illa sciisse õnia uoluerint. Que enim philosophiæ pars est, aut cuius rei facultas, in qua non ita uersatus sit, et de qua nõ ita feliciter & absolutè scripserat Erasmus, ut in ea sola uersatus esse & scripsisse uideri queat, et ita quidẽ uideri, ut omnes in eodẽ quoq; scribẽdi argumento multum longo post se interuallo reliquerit, quippe uolens nolens aliorũ scripta nobis obfuscans, insipidaq; reddens? Postremò si rectitudinẽ siq; ueritatem eorũ, quæ scripsit et ædidit, spectemus, nõ minorẽ oportet illũ fateamur Basilio, quẽ tam uita q̃ doctrina sancta cognomine Magni præinsigniuit, etsi ille tãtæ, apud Græcos præsertim, authoritatis extiterit, ut eius scriptis nullus unq̃, uel quãlibet sciolus arrogãs, in aliquo contradicere ausus fuerit, ut qui inibi Nazianzeno teste, in nullo nec uerbo nec sensu errauerit unquam. Quia enim Erasmus ille magnus olim scripturus ex animo procul dubio iuxta Solomonem precatus est, Det mihi deus ex animi sẽtẽtia loqui et quæ dico dignè cogitare, solus penè omniũ nostra patrũq; memoria, tantã suis est adeptus scriptis authoritatem et fidem, ut eius monumenta

Laus Erasmi, quia de uarijs rebus ex composito scripserit.

Laus Erasmi à rectitudine eorũ quæ scripsit.

Erasmus haud scripsit absq; sancti spiritus inuocatione

monumēta literaria tā sint uel hodie toto terrarū orbe clara & celebria, ut nemo sit ex intelligētibus, qui uel sapere uel de rebus diuinis aliquid intelligere cupiat, quin ea sic in manibus habeat, ut manu iuxtà uerset nocturna atque diurna. Nec mirum quidem, quando quisque adfatim illic quasi in quodam cornucopiæ & promptuario materiam ad ea, quæ cupit, adsumit, siue ad exercitationem encomia faciat, siue ad consulendum, siue ad deliberandum, siue ad hæreticis respondendum ueniat. Quid ni? Quem enim existimemus esse omnino librum seu ueterum seu recentiorum, quem ille non euoluerit, non introspexerit, non imbiberit? Quinimò, cui & archana illa, quæ uerè pium & sanctum reddunt hominem non fuisse uulgariter obseruata uidemus. Dignus propterea Erasmus, ut eius opera nulli satis unquàm mortalium laudata uel Max. Pont. ipse bibliothecis omnibus haud aliter consecret, atque Tiberius olim princeps, Parthenij, Ariani, & Euphorionis, trium uidelicet insignium poëtarum carmina & imagines inter uetusta & illustria uatum nomina bibliothecis uniuersis religiosè propemodùm dicauit. Nec id quidem quandoque futurum dubitamus apud eum, qui sua dudum sacrosancta authoritate doctrinam Erasmi sic modis omnibus adprobauit, ut ipse meritò quasi Plato quispiam eße poßit ac debeat Erasmo, ceu cuidam Antimacho instar omnium, contra nonnullos, & maximè quidem, qui se titulo Ecclesiastico uen-

Laus Erasmi à uarijs lectionibus.

Laus Erasmi ab autoritate et scriptorum pōdere.

Intelligit papam, qui dudū Erasmi scripta probauit.

co uen-

co uenditant, quum nihil minùs sint quàm Ecclesiastica: nimirum, non aliud quàm obesi porci, quorum deus uenter est, & planè numerus, & fruges consumere et uina perdere nati, peccata hominum in peccato commedentes, nihil nec legentes nec intelligentes: in patina non in pagina diu noctuq; uersantes. In summa, totius publicæ honestatis, omnis uirtutis & doctrinæ hostes impudentißimi & perniciosißimi, qui uel defunctum magnũ illum & incõparabilem uerũ Erasmũ, quo nũquam digni fuerunt, imò quem nec nouerunt, nec uel scripta ipsius legerunt, uel nec intellexerunt, uel nec uiderunt hæreticum & (nescimus quem) Lutheranum spurcido ore deblatterant & ogganniunt, cum scilicet Lutheranum magno cum Lutheri laudis æternæ præconio intelligentes, eum, qui, deo iubente, detestatur & corripit ex offi.io ipsorum inscitiam, crapulam, bibitionem, scortationem, auaritiam, superbiam & id genus istorum uitia ac scelera tam nefanda quàm multa, quibus ipsi uniuersum fermè orbem sic impunè scandalizant, ut et inter eos si qui sunt, boni propterea malè audire cogantur.

Contra aliquot indoctos sacerdotes.

Sed non est, ut ab istorum maliciosa obtrectatione magnum illum Erasmuum nostrum quoquo modo uindicare connitamur, quum ille ipse doctißimis suis scriptis, & diuinis suis uirtutibus, & dotibus nunquam satis admirandis, contra istos Analphabetarios ita se potentenenter omni momento uindicet, ut nulla nobis uideatur contra eos indigere de-

Opus non esse ut Erasmus ab alio q̃ à seipso defendatur.

ſenſatione. Siquidem longè maior noſter ſit Eraſmus in omni uirtutum genere, quàm ut poßit alicuius uituperatione minor reddi, quem inter alia complura pietatis, eruditionis & uirtutis irrefragabilia teſtimonia, tot hominum incorruptißima iudicia ab omni contemptu uindicant: quorum alios uitæ ſanctimonia, alios inſignis eruditio, alios fortunæ ſplendor, alios Eccleſiaſtici muneris dignitas, quoſdam hæc omnia ſic commendant, ut uel nos ipſi mallemus ab illis cum cenſura humanitatis contemni, quàm ab iſtis blatteronibus laudari. quorum laudatio, quum certè ſit peccatorum, uſque adeò nobis eſſe nequit ſpecioſa, ut nihil turpius cenſeamus quàm ab huiuſcemodi malis nulliusq; bonæ frugis hominibus laudari. quippè quorum laudatio, eſt uituperatio: uicißimque uituperatio, non eſt aliud apud optimos quoſque, quàm laus & gloria. Idq; in primis in Eraſmum ipſum uerè magnum Heroëm competere minus ambigimus, quem doctißimi, optimi & in ſuo genere maximi quique ita laudatum teſtati ſunt, & pòſt hac procul dubio teſtaturi, ut eius habeatur laus ac uita ſuperior omni laude & commendatione, cuius etiam uirtutibus oratio ſit omnibus inferior.

Eraſmũ defendendum ab omnibus bonis.

Vituperiũ eſt laudari à malis.

Laus Eraſmi certißima, q. ipſũ perſequuti fuerint inuidioſi.

AD cuius ſupremam denique laudem & gloriam ſine controuerſia plurimum facit, iniqua quorundam liuidorum maleuolentia, & liuida ipſorum obtrectatio, propter quam noſter nunquam ſatis laudatus Eraſmus, duas profectò res, admiratione

dignas

dignas, & à ſeipſis ex diametro diſtantes, planè diuinitus eſt in terris adhuc uiuens adeptus, quas uix ulli mortalium eo quidem modo, præterquam uni inuictißimo Cæſari Auguſto, contigiſſe credimus. In primis enim expertus eſt ille inuidiam (quæ continua uirtutis eſt æmula, & comes ueræ felicitatis ſolidæq; laudis indiuidua) niſi morte non poſſe domari. Id quod ipſe cum optimis & laudatißimis quibuſque commune habuit, & in primis cum quinque maximis Heroibus, Romulo. ſ. Libero, Caſtore, Polluce, & Hercule, de quibus ita ſcribit poëta,

Inuidia ſemper ſequitur uirtutē & gloriā.

Romulus & Liber pater & cum Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta deorum in templa recepti,
Dum terras hominumq; colunt genus, aſpera bella
Componunt, agros aßignant, oppida condunt,
Plorauere ſuis non reſpondere fauorem.
Speratum meritis, diram qui contudit hydram,
Notaq; fatali portenta labore ſubegit,
Comperit inuidiam ſupremo fine domari.
Vrit enim fulgore ſuo, qui pergrauet artes
Infra ſe poſitas, extinctus amabitur idem.

Deinde quod & ipſe noſter Eraſmus eos adhuc uiuens obtinuerit honores, quos cæteri, quantumlibet excellentes, uix poſt mortem adipiſcuntur, & ante eum ſolus, quod ſciamus, Impe. Auguſtus: ad quem proinde idem poëta ſic ſcribit,

Eraſmum adhuc uiuū fuiſſe ut ſanctum in terris honoratum.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

Agite

Apostrophe ad amatores Erasmi.

Agite igitur agite ô reges, ô principes, ô proceres, ô plebei, & ô deniq; uos cæteri plerique omnes, qui Christiano nomine censemini, qui non sine summa eadémque sempiterna laude uestra, magnum illum Erasmum uestrum, pridem in terris adhuc agentem, modis quibus oportuit omnibus honorastis & amastis, eundem quoque nunc in cœlis dubio procul uiuentem, honorate & diligite, nec grauemini, nec dedignemini uos esse eos ostendere, qui quum laudari non ineptum putatis, ideò laudanda facere non desinitis. Iam uerò quî posit uestra laus, uestra pietas, omnis denique uirtus uestra laudabilius & glorisiùs coram deo & hominibus elucescere, magisq; uerè probari, quàm in eo ipso honore, qui exhibetur à uobis in ipsum, cuius æquè preciosa fuit mors atque uita planè sancta, quum nequeat malè mortuus esse, cuius bona præcessit uita, quocunque etiam ille uel modo, uel loco, uel tempore moriatur.

Scelus esse detestandũ Erasmo esse ingratũ.

Absit autem absit, quoquo modo simus ingrati eius nomini, quod omnium seculorum memoria dignissimum est, etiam post mortem, quod fortasse perfidissimi quidem adsolent, obstrepentes, uirumq; in domino uerè defunctum maledictis insectantes. Id quod haud sit aliud quàm cum laruis luctari, qua re uel una nihil esse posit hominibus Christianis aut indignius aut detestabilius. Quod certè maior esset & ingratitudo contra plus quàm bene de nobis omnibus meritum Erasmum multò nefandior, quàm fuit

Atheniensium quondam in Socratem, cui illi, recepti beneficij immemores, pro Attica iuuentute sanctè sapienterq; instituta, uenenum rependerunt. Nónne multò scelestior in ipsum esset Erasmum ingratitudo, si uel post sanctißimum ipsius obitum pro tam nunquàm æstimādis laboribus, sudoribus, uigilijsq;, quas iuuandi duntaxat animo suscepit, & quibus nullo unquàm tempore par gratia referri poßit, calumnias rependeremus, & contra diuinam ueritatem obtrectationes iniquißimas, & quidem nos Christiani, ad quos potißimum illius laborum redijt utilitas.

Etsi uerò in omnes, à quibus quicquam manat beneficij, conuenit esse gratos, in nullos tamen æquè par est gratos esse, atq; in eos eruditos & pios homines, qui dispendio rei pecuniariæ, cum iactura uoluptatum, cū certißimo quoq; ualetudinis ac uitæ suæ detrimento, totis in hoc uiribus tam legendo q̃ scribendo, tam dicēdo quàm disserendo & hoc genus alijs modis incūbunt, ut ingenij sui monumentis literarijs non uni urbi, sed toti orbi consulant. Qualis sine omni exceptione, non potest non fuiße unus ille magnus Erasmus Roterodamus, de nobis longè meliùs, q̃ Socrates olim de Atheniensibus meritus, quando ille unius tantùm ciuitatis Atheniensis iuuentutem prophanis artibus, hic uerò totius orbis uniuersam omnis sexus ætatem, non tam prophanis, quas & ipse suprà quàm dici potest egregiè, & quidem absque exemplo præstitit, quàm sanctis & ijsce nimirùm Euangelicis disciplinis, summa

Doctos singulariter mereri gratitudinem.

fide & diligentia, & ita quidem feliciter instituit, ut eius non aliter atq; ueri cuiusdã Apostoli (qualis certè fuit) summo cum fructu in omnem terram sonus exiuerit, & eius uerba in fines orbis terræ penetrauerint. Quis enim (obsecramus) hoc nostro prior Erasmo norat certò, uel græcè uel latinè nobiscum respondere, uel de sacris & Euangelicis, uel de prophanis literis, quas tamen propter uirtutem, quam habent, & bonas & humanas haud immeritò nuncupamus?

Erasmum Apostolico functũ esse officio.

Quis etiam est (ut uno deniq; uerbo de singulis et omnibus, quæramus, & respondeamus) qui sub hæc præsertim nouißima tempora ueritatem ipsam Euãgelicam sacrosanctam, ex Cimmerijs illis tenebris eruit felicius, & margaritam illam preciocißimam in agro abscõditam, prudentiùs ac lætiùs inuenit, & eã deinde omnibus, magis gratuitò contulit? Nónne Erasmus? Quis præstitit, q̃ hoc tempore stiuam tenens arator, aliquid ex Euangelio meditatur? Nónne Erasmus? Quis in causa, quod textor aßidens telæ, nonnihil ex Euãgelio modulãs soletur laborẽ? Nónne Erasmus? Quis docuit nauclerum adfixum clauo, ex eodem aliquid cantillare? Nónne Erasmus? Quis dedit ut & nunc iterum Apostoli uarijs linguis Euangelion, denuoq; magnalia dei, toto quidem orbe loquuntur? Nónne Erasmus? Quod si perfricta fronte negare perrexerimus, certè nos mendacij conuincet impudentißimi ueracißima posteritas, quæ superato maleuolorum in Erasmum liuore, qui semper uirtutem & gloriam comitatur

Erasmum restaurasse primum literas Euangelicas nouißimis temporibus.

mittatur, uero uerius protestabitur, nos ita plerosque omnes debere Erasmo omnia, ut pares à nobis illi nũquam sint relatæ gratiæ, ut qui nihil ei non per omnia debeamus. Si rex ille Macedoniæ Philippus uel hoc uno nomine, sibi suoq; filio Alexandro tum nato gauisus est, dijsq; gratiam habuit, non perinde quia natus esset sibi filius, quàm pro eo, quòd eum nasci contigisset temporibus Aristotelis, quoniam fore speraret, ut abs illo sic educaretur & erudiretur, ut se suarũq; rerum dignus existeret successione: quanto putamus, gaudere nobis debeamus, Deoq; Maximo gratias agere, quòd nobis nasci uiuereque dederit temporibus Erasmi, cuius operibus ita doceri possumus in omni pietate, ut ei ipsi deo Maximo & eius unigenito Iesu Christo digni simus. Si preterea rex ipse summus Iesus Christus, suos ob id discipulos esse beatos adfirmauit, quòd ipsum uiderent & audirent, quem tot tamq; præcellentes & reges & prophetæ uidere, & audire desiderassent, nec sui tamen uoti compotes facti essent: ô quàm nos oporteat esse dicique ter quaterque beatos, qui nunc opera solius secundum deum Erasmi Christum optimum æquè uidemus & audimus atque illi. utpote quibus in sacris literis, quas nobis Erasmus plurifariàm prouexit & illustriores reddidit, efficacius propemodum, quàm quum inter homines uersatus est, uiuit, spirat & loquitur, modò oculos & aures adferamus, quibus ille cerni & audiri posit.

Nos debere Erasmo omnem gratitudinem.

Iam uerò (ut iam tandem portum, quò tendimus, attingamus) quoniam discipuli Christo, & discipulis unà cum magistro optimo, maiores illi nostri pro beneficijs acceptis usq; adeò non fuerint ingrati, ut illis præter alia gratitudinis signa, post obitũ etiam aras, templa, imagines, oratoria, sacella, epitaphia, encomia, statuas & hoc genus uera post mortem pietatis monumenta, & antè diuinitus actæ uitæ testimonia perpetuo honore decreuerunt, quur ipsi tam ingrati nollemus magno illi Erasmo, qui per ueram pietatem, & de nobis bene merendi uoluntatem non eminùs illis, uerùm cominùs accessit, non aliquam ipso, tanto .s. uiro, dignã fauere memoriam, & gloriam illi defuncto piam deferre, quam uiuenti non negauimus? maximè, quod lon præstiterit, hominem post mortem laudare, quũ nemo sit ante mortem uerè beatus, qui nec poßit ante obitum sine periculo laudari. Nec interim est, quod illi tanq̃ cuipiã, qui publico totius Ecclesiæ decreto sit in cælitũ numerum relatus, sitas positasq; statuas uelimus, sed eam dũtaxat illi nobiscũ haberi, quam meruit, memoriã peroptamus, quæ nobis æquè sit atq; illo digna apud posteros futura, apud quos propter tam infinita, quàm memoratu planè digna ipsius opera, dubio procul uiuet, & quidem latiùs in memoria hominum & sermone uersabitur, postquàm ab oculis receßit, nihil omnino pensi habens eorum campanas; quorum memoria, uelut ait propheta, cum sonitu transit: indigni nimirùm, de quibus aliqua fiat apud homines cum laude

Testimonia gratæ memoriæ.

Laudari posse ueraciter post mortẽ.

laude mentio, qui nihil dum uiuunt, laude memoriaq́; dignum faciunt, quos cõstat in obliuionẽ abijsse apud Deum, cuius & ipsi uiuentes adhuc non obliuiscuntur modò, sed illum peßimè uiuendo & nesciunt & negant, cum impio dicentes, Non est deus &c.

Ex quorum sanè numero, tam non fuit magnus ille noster Erasmus, ut nihil æquè fecerit unquàm, atq; quæ digna sunt memoratu, quique totus fuerit in eis, quibus Deus ipse Maximus indies magis ac magis in omnium pectoribus illucesceret agnosceretur q́;. Quod igitur illi quandam uelimus memoriam apud nos habendam, non tam propter illũ, qui nullius fuit unquam sui causa memoriæ adpetens (quanquàm uirtuti debeatur ipsius illa) quàm propter nos uolumus, ut illius uidelicet memoria nobis posterisque nostris suggerat, quod statuæ illæ quõdã cereæ solebant instillare Romanis minoribus. Qui quum Maiorum imaginem (uti Salustius scriptum reliquit) intuebantur, animi ipsorum uehementißimè ad illorum uirtutes, & laudes incendebantur. Id quod ipsis certò non cera illa, neque figura præstabat, sed memoria rerum à maioribus præclarè gestarum, tantam flammam suscitabat in cordibus eorum, quæ prius sedari nequiuit, quàm uirtus eorum famam atque gloriam adæquasset. Id ipsum profectò & quidem longè plus poterit nobis de magno Erasmo memoria præstare, in quo tot splendidißima totius uirtutis exemplaria, tanquam clarißima in cœli firmamento sydera uidere uolentibus effulgent, quæ

Erasmum nunquam cessaße digna facere.

nobis uel sola prælucere poßunt ad lumen illud inacceßibile, in quo nunc habitat lumen illud ad reuelationem gentium & gloriam plebis Israël, à cælesti patre datum, quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundm discesßit haud dubiè Erasmus noster, qui tantoperè, dum uiueret, illustrare studuit hoc ipsum splendoris æterni lumen, quo sedentibus in tenebris, & in umbra mortis perpetuò luceret.

Hinc sanè nobis quàm acerba & immatura uidetur mors magni Erasmi Roterodami, quòd is semper aliquid immortale parare solitus fuerit, nulli uoluptati deditus, nec in diem (ut solent multi) uiuens, nec uiuendi causas unquam finiens, uerùm posteros cogitans, & memoriam sui & optimorum quorumq; sic immortalibus operibus extendens, ut ei hæc mors non potuerit non repentina uideri, quæ illi complura uelut inchoata etiam abrupit. Cuius uel potißimum causâ nobis ex animo mœrendum, lugendum, flendumq; censemus, quòd amisimus (heu dolor) amisimus unicum & lõgè maximum nõ solùm nostræ Germaniæ, sed totius orbis ornamentũ & decus, & inauditũ penè seculis omnibus miraculum, cuius obitu nihil potuisset hoc tempore uel calamitosiùs, uel incommodiùs, uel tristiùs uniuersæ Ecclesiæ, quàm breui per uniuersalem Synodum repræsentatum iri speramus, euenire. Lugeant igitur & lachrymentur omnis sexus & ætatis homines, quia morte nunquam satis lugenda & dolenda amiserunt uirtutem omnium exẽplar, quo uix ullum maius

exortum

exortum,nec facilè exoriturum maius est unquam. Lu*geamus proinde & ploremus non illi sed nobis: quandoquidem nihil ei morte sua,in conspectu domini praeciosa,mali contigerit,uerùm nobis & successoribus nostris ingentia uideantur incommoda non sine summo luctu futura . Sunt itaq; hae omnes nostrae querelae; de illo nihil planè dubitandũ est,quippe qui miseras hasce terras,quae fuerunt illo prorsus indignae, caelesti aeternoq; domicilio,quò semper adspirauit,summo lucro commutauerit .* Cuius *argumentum nobis facit longè certißimum* Erasmi *bene sanctéq; acta uita, tum quòd omnia ea absoluerit,quae* Catholicum & Orthodoxũ *uirum decent,qui mortem sibi imminentem multis admodùm nominibus aequè praesciuit,atq; constanter expectauit, & obiuit. ueluti fortasse non deerunt , qui pòsthàc bona fide reddent,quae nos hoc quidẽ tẽpore per occupationes & aegritudines(quibus ultra recentem ex ipsius* Erasmi *morte dolorem , ualde distinemur, & angimur)dignè praestare non potuimus, magnopere propterea efflagitantes , ut hanc nostram protrepticam & planè succisiuis horis uerius effusam quàm dictam* Monodiam, *boni consulatis, quicunque* Christo Iesu *nomina dedistis: quorum sanè omnium nomine, ne simus ingrati, quicquid huius est* Naeniarum *deploratum uolumus pro magno illo* Erasmo *nostro* Roterodamo,*quem precamur & optemus bene beatéq; ualere in* Christo Iesu Opt. *in quo ipsum uita functum nequaquàm dubitamus.*

VITA ET MORS D. ERASMI ROTERODAMI EX BEati Rhenani ad Archiepiscopum Coloniensem epistola, Origeni præfixa.

REdierat Friburgo Brisigauorum Basileam anno superiori, quum ut Ecclesiastæ, siue operi de ratione concionandi typis Frobenianis ædundo præsens adesset, ac partem restantem illic absolueret, nam deerat ad finem aliquid: tū ut ualetudinem aduersam qua Friburgi laborare cœperat, cœli mutatione discuteret. Neq; enim discesśit quasi non rediturus, quum illic ut in ditione inuictißimi Romanorum, Hungariæ, Bohemiæq; regis Ferdinandi, qui uirum eius reipub. primoribus per literas accuratè commendauerat, quum primùm illuc se conferret, lubentißimè uixerit, toto septennio non solū optimo cuiq; eius Academiæ charus, uerumetiam magistratibus ciuibúsq; haud uulgariter amatus atq; reuerentißimè cultus. Sed quum ab illustrißima Hungariæ regina Maria, ac aula Brabantica iterum ac iterum uocaretur, misso pridē uiatico, cogitans ille de fide sua liberādā qua reditum in inferiorem Germaniam, certò foret nō semel pollicitus, supellectilem suam omnem Friburgo Basileam curauit auehendam, ut illinc in Brabantiam

quum

quum uisum esset secundo Rheno *nauigaret.*Hoc mo-*lientem & æstatis tempore satis commodè habentem, articularis morbus,quo Friburgi conflictatus ante fu-erat, sic hominem lecto sub autumnum rursus affixit, ut hunc raro sit egressus,cubiculum semel tantum.*Et *tamen in tantis membrorum cruciatibus si quando uel minimum conquieuisset,nunquam scribere destitit.* Te-*stis est* Commentariolus *de puritate ecclesiæ , & hæc* Origenis *recognitio .* Tandem *uiribus paulatim defi-cientibus (mēsem enim fermè integrum dysenteria la-borauit)quum sentiret iam instare uitæ finem,extan-tibus ut semper,claris* Christianæ *patientiæ & animi religiosi documentis : quibus in* Christum *se spem omnem figere testabatur , aßiduè clamans ô* Iesu, *Misericordia,* Domine *libera me ,* Domine *fac finem,* Domine *miserere mei ; &* Germanica *lingua,*Li-*euer* God,*hoc est , Chare deus : quinto eidus* Iu-*lias sub medium noctem uita functus est.* Nec *alias e-misit uoces,ratione usus integra usq; ad supremum ui-tæ exitum.*Impatientiam *autem in soluendo naturæ de-bito ostendere,esse debet à* Christiano *prorsus alienū, quum mors piorū nihil sit nisi transitus ad uitam me-liorem,& qui moriuntur nôn moriantur, sed præce-dant nos,eôdem peruenire cupientes,ut est apud* Sep-*timium* Tertullianū. *Paucis antè diebus q̄ uita defun-*

ſſos, trium amicorum ad consolandum Iob *uenientiũ admonuit, ubinã ſciſſæ ueſtes eßẽt ac cineres capitibus inſpergẽdi, quærẽs.* Hoc *aũt anno ſe moriturũ ãte multos menſes uaticinari ſolet, & triduo primũ, deinde biduo mortẽ prædixit.* Q*uàm publicum ſui deſiderium reliquerit, teſtis fuit frequẽs ad supremò uiſendũ defũcti corpus cõcurſus.* Elatus *eſt humeris ſtudioſorũ ad ædem cathedralem, atq; ibi iuxta gradus quibus ad chorũ (ut uocant) aſcenditur, in ſiniſtro templi látere, ubi ſacellum fuit* D. *uirgini ſacrum, honorificè ſepultus.* Nam *in põpa funebri nõ conſul modò: ſed etiam è ſenatoribus pleriq; uiſebãtur :* Academiæ *profeſſorum ac ſtudioſorũ aberat nemo.* Fuit *in uita quũ in ſtudioſos inopia preßos, tũ in cæteros ſubſidio dignos quoties occurrißẽt, admodũ liberalis.* Nec *dißẽtit à cõſueta benignitate ſuprema hominis uolũtas.* T*eſtamẽtũ enim condidit* Romani Pont. *Clementis ,* Imp. *Cæſ. Caroli Aug. ac magiſtratus* Baſiliẽſis *diplomatibus munitus: in quo clarißimũ uirũ* Bonifaciũ Amerbachium Iureconſ. *nominatũ hæredẽ fidei cõmiſſo de bonis ſuis in pauperes ætate ualetudineue infirmos, in puellas nupturas, ut harum pudicitiæ ſuccurratur, in bonæ ſpei ſtudioſos adoleſcentes , ac in quoſuis huiuſmodi dignos auxilio, diſtribuendis collocandiſque onerauit, adiunctis eidẽ duobus executoribus,* Hieronymo Frobenio, Nicolaóq; Epiſcopio. Q*uid hoc teſtamẽto ſanctius eſſe poteſt, aut magis Chriſtianum ?* Alij *conſtituendis ordinandiſque* Baſilicis *ſua dicant ;* Eraſmus *maluit in*

uiuꝭ

uiuis dei tēpla superāteis à morte facultates cōferre. Legata porrò aliquot amicis cōiunctioribus reliquit, ac hæredē ipsū certis qubusdā rebus τὸ τοῦ πηκασιανείου δόγματος τέταρτον quā Trebellicanicā Iurecōsulti hodie appellāt, non æquantibus, iußit esse cōtentū. cui sanè uolūtas tāti uiri, præceptoris et amici, omni iure est ātiquior. Vixit ad septuagesimū annū, quē cōmunē humanæ uitæ terminū regius propheta Dauid statuit, aut cerè nō multum est supgressus. nam de anno quo natus est apud Batauos, nobis non cōstat: de die cōstat, qui fuit ad quintū Calend. Nouemb. Apostolis Simoni & Iudæ sacer. Apud Dauētriam primū posuit in literis tyrociniū utriusq; linguæ rudimētis imbibitis sub Alexādro Hegio Westphalo, qui cū Rodolpho Agricola recēs ex Italia reuerso amicitiā cōtraxerat, et ab eodem græcè docebatur. nam huius literaturæ peritiam ille primus in Germaniam importauit. Terentij Comœdias puer non secùs tenebat, ac digitos suos. memoriæ nanque fuit tenacißima, ingenio pspicacißimo. Exceptis rudimentis, planè dici potest in libris αὐτοδίδακτος. nam q in Italiam iam natu grandior profectus est, post regij apud Anglos medici filios, archiepiscopi quoq; S. Andreæ in Scotia, qui tū Senis degebat, aliquādiu præceptor, nobilißimæ regiōis uisendæ causa fecit, nō ut professoribus operā illic daret. Neq;

Adagiorum opus tum colligens, quod paulò pòst Aldo Manutio dedit excudendum. quæ res fecit ut Venetias adiret, ubi Marco Musuro atque Scipione Carteromacho, uiris doctißimis familiariter usus est, quos ambos nō semel consuluit si quis nodus incidisset, horū eruditionem ac candorem apud amicos commendare solitus. Hieronymo Aleandro Mottensi, trium linguarū peritißimo, qui hodie Brundusinæ ecclesiæ archiepiscopus præsidet, lōgè familiariùs cōiunctus fuit, ut puta contubernali in ædibus Aldinis, qui scit me uera prodere. Præter hos & Ambrosium Nolanum medicum, ac Babtistam Egnatium ibidem amicos habuit. Romæ posteà Cardinalibus Raphaëli Reario atq; Ioanni Medicæ, qui mox Iulio II. P. M. succeßit, Leonis Decimi uocabulum nactus, gratißimus fuit. Docuit Louanij, Cantabrigiæ in Anglia, Lutetiæ etiam priuatim, ubi Theologiæ dedit iuuenis operam. Pileum deinde Doctoralem, quum in Italiam iret, in Taurinensi Accademia accepit. Patronos ac Mœcenates habuit, Henricum à Bergis episcopum Cameracēsem, Guilielmum Montioium, atque omnium liberalißimum Guilielmum Waranum archiepiscopum Cantuariensem Angliæ primatem, cuius in libris suis sæpe mentionem facit. Amicos, in Britannia, Ioan. Coletum, Grocinum, Latumerum, Linacrum, Thomam Morū: Antuerpiæ Petrum Aegidium: Conradum Cochleniū Louanij. Corpusculo fuit satis compacto, sed quod esset tenerrimæ complexionis, & minimarum etiam

rerum

rerum mutatione, puta uini, cibi, cæliue facilè offenderetur. In literis aßiduè uersabatur infatigabili studio. Testantur hoc tot ab illo conscripti libri, quorum nomina recensere non opus est, quum ipse suarum lucubrationum catalogum ædiderit annis superioribus ad Ioannem Botzheimium. Basileæ uixit apud Ioannem Frobenium aliquandiu, deinde in alteris eiusdem ædibus seorsim habitauit, tandem Friburgo reuersus, apud Hieronymum Ioannis filium uita functus est.

FINIS.

W

